ARTICVLI

CHRISTIANÆ FIDEI, QVAM ECCLESIA PROFITETVR ANGLICANA,

VERSV

(QVOAD EIVS FIERI POTVIT)
EXPRESSI FACILLIMO.

I. PET. 3. 15.

Semper parati sitis ad respondendum petenti rationem eius, quæ in vobis est, spei.

PAVL ad ROM. 10. 10.

Corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem.

OXONIÆ,
Excudebat Josephus Barnesius. 1613.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, JOANNI PROVIDENTIA DIVINA EPISCOPO LONDINENSI FELICITATEM.

MIttо ad Te (Prę ſul ampliſſime) primitias ordinis & amoris mei, quas (ſicut in oceanum rivuli) recurrere decuit, vnde profectæ ſunt. Primitiæ Regibus olim dicatæ fuerunt, & Sacerdotibus; Tibi, (cum ſis vterq;) alter nomine, alter inſtituto vitæ, debentur jure duplici. In Te verò non tam φιλεπίσκοπον audire geſtio, quàm φιλοβασιλεύς. Neq; enim loci (quem meritiſſimè tenes) eminentia, nec authoritatis Tuę ſublimitas, nec multiplex in omni diſciplinarum genere ſcientia, me Tibi provocavit vt inſcriberē, ſed illa naturæ benignitas, ille morū candor, &, quæ Tibi ferè peculiaris eſt, affabilitas. Argumenti ſi quis cauſetur optionem, habeo quod reſpondeam. Articulos fidei Chriſtianæ, quos Eccleſia profitetur Anglicana, ſcire tenentur omnes, in

eos multi jurare; pauci verò nôrunt. Accedit etiam quòd, vt pharmaca quæ propinantur ęgrotantibus haud facilè sumuntur, nisi grato sapore condiantur: sic præcepta (licet oppidò salutaria) legentibus sese difficulter insinuant, si non insit aliquid cum voluptate conjunctum. Hę mihi rationes extiterunt, vt Articulos fidei (quamvis ego pessimus omnium Poëta) versiculo redderem (quàm potui) facillime. Quibus in reddendis cum musa nonnunquam fuerit hebetata, placuit aliquando liberiùs evagari. Iam (quod est in votis vnicum) hoc qualecunq; gratissimi pectoris indicium (quâ in omnes vti solet animi bonitate) dignetur accipere Dominatio Tua; quam Deus Optimus Maximus in Ecclesiæ suæ decus & incrementum diutissimè servet incolumem.

Amplitudinis Tuæ

cliens humillimus,

JOHANNES GLANVILLVS.

AD CARMEN MEVM.

CArmen honoratas Trinobantum Præſulis inter
Si tibi contigerit poſſe venire manus,
Dic te primitias (tenues licet) eſſe ſacrati
(Quod dedit Ille mihi ferre) Miniſterij.
Quas vti (More ſuo) capiat, reverenter ab Illo
Fac rogites; inſunt omnia (More ſuo.)
Sic Deus inſignes Illi benedicat honores,
Principis & magni creſcat amore ſui:
Sic ô ſic longùm felices Anglia fructus
(Vox & vita dabit quos pia) percipiat:
Sic Se, ſic thalami Sociam, ſic chara Suorum
Pectora, perpetuis noſcat onuſta bonis.
Interea facilem cupio tibi præbeat aurem,
Cui poteris ſoli ſi placuiſſe, ſat eſt.

AD LECTOREM BENEVOLVM.

* Valetudinarius ſcripſi.

Hinc amor, inde dolor, jubet, & vetat eſſe poëtam,*
Sic & amare meum, poteriſq; dolere poëſin.

ARTICVLVS. I.

De fide in Sacroſanctam Trinitatem.

a VNicus eſt b vivens, c veruſq;, d perennis, & omni
Liber ab e affectu, f corpore, g parte, Deus:
Cujus h inexhauſta eſt bonitas, i ſapientia, k virtus,
l Omniaq; ex nihilo m fecit, & vſq; n fovet.
o Vna tamen p Deitas perſonis, vna poteſtas,
Vnum perpetuò convenit Eſſe, tribus:
Tu q Pater es, r Filiq; Deus, tu ſ Spiritus alme,
Sic perſona triplex, ſed Deus vnus adeſt.

a 1. Cor 8. 6.
b Pſal 84 2.
c Ier 10. 10.
d Dan 6 26.
e 1. Sam 15. 26
f Ioh 4. 24.
g Deut 4 12.
h Pſal. 136. 1.
i Pſal. 147 5.
k Iob 37 23.
l Act 17 24.
m Pſal 146. 6.
n Matth 10. 30. o 1. Ioh. 5. 7. p Ioh. 17. 22. q Rom. 1. 7. r 1. Ioh 5. 20. ſ Act. 5. 4.

" Quem precor ex animo, conſtanter, humillimus vnum,
" Cordis & è ſenſu ſimpliciore colam:
" Ne ſecreta Dei ſcrutantem, gloria tandem
" Opprimat illius maxima præcipitem.
" Vos Athei, quibus ardor ineſt ſceleratus, in illum
" Latrare, & veſtras prodere nequitias;
" Dicite, quem metuit Romæ vafer ille t tyrannus,
" In latebras tonitru qui reſonante ruit?
" Quid ſibi vult veſtræ pater impietatis u Abaddon,
" Qui x tremit ante Deum, quiq; fatetur eum?
" Corporis humani y compago, aut machina mundi
" Artificem loquitur quem, niſi tota Deum?
" In cruce pendentes extremâ morte * latrones
" Nonnè metus læſi numinis angit eos?
" Pro ſcelere horrendas dabitis (gens peſſima) pœnas,
" Aut Deus in factis agnitus eſto ſuis.
" Tuq; tuis etiam vel parciùs vtere * Vorſti
" Commentis, eadem vel tibi fata cadent:

t *Suet. in Calig.*
u Apoc. 9 11.
x Iac. 2 19.
y *Galen. de fabrica corporis humani.*
z * *Marnæus de v. r. rel. Chriſt.*
* *Vorſtii de Deo theſes blaſphemæ.*

" Nec

" Nec te diſpudeat, tua ſi blaſphema retractes,
" Error ineſt homini, bellua conſtat ei:
" Sed ſequere Angliaci potiùs pia vota * Monarchę,
" Quæ nuper Batavis obtulit Ordinibus.

* Declarat. Regis ad Status Belgicos.

ARTICVLVS. 2.

De Verbo, ſeu Filio Dei qui verè factus erat homo.

a FIlius ille Patris, b Verbum, c ſubſtantia binis
Eſt quibus vna (potens cum ſit vbiq; d Deus)
Eſſet ab æterno e genitus licet, f intemeratæ
Virginis eſt vtero g tempore factus h homo.
Atq; ita i naturæ k Deitas ſanctiſſima noſtræ
Juncta fuit, nunquam quæ ſolüenda foret:
Ex quibus vna fluit Chriſti perſona duabus,
Eſt homo qui l verus, verus & ipſe m Deus.
Jlle ſed n immeritam paſſus fuit o integer iram,
Et p cruce multatus q morte, r ſepultus erat:
Fecimus vt quem f nos, quem fecit t origo reatum
Noſtra, per u interitum poneret ipſe ſuum.

a Mat. 3. 17.
b Ioh. 1. 1.
c Ioh. 10. 30.
d Phil. 2. 6.
e Pſal. 2. 7.
f Mat. 1. 23.
g Gal. 4. 4.
h Rom 9. 5.
i Ioh. 1. 14.
k Heb. 2. 26.
l Rom. 5 15.
m Ioh. 17. 3.
n 1. Pet. 3. 18.
o 1. Pet 2. 22.
p Luc. 23. 33
q 1. Cor. 15 3.
r Ioh. 19. 40.
f Pſal 53. 3.
t Pſal 51. 5.
u Gal. 1. 4.

" Qualis x amor, quantuſq; Dei, quæ gratia nobis
" Facta eſt (vermiculis qui ſumus y eſca) viris?
" Jmò z vermiculi ſumus ipſi, ſed (bone Jeſu)
" Nos propter miſeros tu quaſi * vermis eras.
" Sed velut ingentem crocodilum parvus * icneumon
" Juxta Niliacas perdere fertur aquas:

x Rom 5 8.
y Eſai. 51. 8.
z Iob. 25. 6.
* Pſal. 22 6.
Plin. Nat. hiſt. lib. 8 cap 24.

" Sic

" Sic te (noſtra ſalus) * veterem viciſſe draconem
" Credimus, interitu (Chriſte beate) tuo.

* Apoc. 12. 9.

ARTIC. 3.
De deſcenſu Chriſti ad inferos.

[a] MOrtuus vt Chriſtus fuit, & ſub [b] rupe ſepultus,
Sic credi [c] infernas debet adijſſe domos.

[a] Ioh. 19. 30.
[b] Math. 27. 60
[c] Ephe. 4. 9.

" Inde [d] pijs non mors, non inſatiata [e] ſepulchri
" Viſcera, non atri [f] janua Ditis obeſt:
" Quæ cum [g] morte ſuâ ſuperaverit [h] omnia Chriſtus,
" Non ſunt militibus nunc [i] metuenda ſuis:
" Mors quibus ad vitam via fit, quibus Orcus Olympum
" Suggerit, & lætum denotat vrna locum.

[d] Rom. 8. 8.
[e] Prov. 30. 15.
[f] Mat. 16. 28.
[g] Heb. 2. 14.
[h] Hoſ. 13. 14.
[i] Luc. 12. 32.

ARTIC. 4.
De reſurrectione Chriſti.

[a] TErtia lux aderat, cum ſol caput extulit vndis,
Iuſtitiæ propriâ [b] Sol Deitate potens
Sponte [c] ſepulchrales excuſſit [d] manè catenas,
Inde ſatellitio ſeptus ab [e] Angelico
Corporis [f] exuvias retulit, quibus impiger [g] ædes
Aſcendit ſuperas, non [h] rediturus eis,
Dum venit illa dies, cum facta [i] redarguet orbis,
" Tum precor indulgens ſis mihi Chriſte Deus.

[a] 1. Cor. 15. 4.
[b] Mal. 4. 2.
[c] Act. 2. 24.
[d] Luc. 24. 1.
[e] Ioh. 20. 12.
[f] Ioh. 20. 27.
[g] Act. 1, 11.
[h] Act. 3. 21.
[i] Rom. 2. 16.

" Hanc animæ (ſubter quæ ſunt [m] Altare) piorum
" Exoptant tandem te [n] properare diem:

[m] Apoc. 6. 4.
[n] Pſal. 144. 5.

o Esai.25. 8. "Vt o lacrymas oculis demas, vt pondera pressis,
p 2.Tim 4 8. "Grex tuus p adventum gestit adesse tuum:
"Ipse (creaturis qui sum minor omnibus illis)
q Apoc 22.17 "O (pede sed q celeri) supplico Christe veni:
r Rom.8.20. "Omnia servitijs quæ sunt animalia r vanis
"Subdita, mœrenti voce precantur, Amen.

ARTIC. 5.

De Spiritu Sancto.

a Gen.1.2. SPiritus a est, eadem cuius substantia b Sancti,
b Psal.51.11. Maiestas c eadem, gloria non minor est,
c Marc.3 29. Quàm d Pater immortalis habet, quàm e Filius, ipsis
d Math 28.19 A quibus f effluxit verus & ipse g Deus.
e Ioh 14 26.
f Ioh 15 26.
g Act.5 4.

h 2.Cor.1 4. "Impleat ille meam vero h solamine mentem,
i Psal. 40. 12. "Cum fuerit multis turbida facta i malis:
"Ejus & obtestor miseræ per devia vitæ,
l Psal.5.9. "Dirigat l incessus aura secunda meos:
m Phil. 4.6. "Aspera ne m tristem faciant, nec læta n superbum,
n Prov. 30. 9. "Sed medio gradiens tramite tutus eam:
o Col.3.15. "Vt mihi pax o animo fiat, patientia p verbo,
p Phil.4 5. "Et pietas factis q fulgeat vna meis.
q Mat 5.16.

ARTICVLVS 6.

De sacrarum Scripturarum sufficientia ad salutem.

a 2.Tim.3.15 COntinet ad nostram cum pagina sacra a salutem
b v.16.c.v.17. b Omnia, quæ sapiens censuit c apta Deus:
c Deut.4.2.

Arti-

Articulus fidei nihil est, quodcunq; [d] probari
Non ratione potest inde, vel inde [e] legi.
Fœderis antiqui divina volumina tantùm,
Atq; novi, solos credimus esse libros,
Quèis Deus [f] author erat, quos & canon optimus omnes
Arguit, [g] vt quibus est indubitata [h] fides.

[d] Prov. 30 6.
[e] Apo. 22, 18.
[f] 2. Pet. 1. 21.
[g] Prov. 3 5.
[h] Ioh 17. 17.

De nominibus & numero librorum Canonicorum.

[i] Genneſis, [l] Exodium, Leviticus, & Numerorum,
Lex repetita, prior Joſua, Judicibus,
Ruth, Samuel geminus, duo Regum, tot Chronicorum,
Ezra, Nehemias, Heſtera, Jobq; pius,
Pſaltes, Parrabolæ Salomonis, & Eccleſiaſtes,
Quæq; per excellens Cantica nomen habent.
Majores quatuor mos eſt numerare Prophetas,
Poſt illos minor eſt vnus ab vndecimo.

[l] *Hic de quantitate ſyllabarum non egrè laboravimus, quæ non niſi inverſo librorum ordine potuit obſervari, nec ita tamẽ in omnibus.*
[i] *Sic nomen feſti in memoriam exitus ex Ægypto.*

Formandis tantùm reliqui ſunt moribus apti,
Quos pia poſteritas, quos [m] coluêre Patres:
Nos etiam colimus, ſed nulla probatio noſtram
Sumpta ſalutarem perficit inde fidem.

[m] *Hos legit Eccleſia: ſed ad ædificationem plebis, non ad autoritatem eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam Hieron præ. in prover. Solomo.*

De libris Apocryphis.

Tertius & quartus liber Eſdræ, Tobit, & vrbem
Liberat obſeſſam quæ viduata ſuam,

Altera pars Heſtræ, Sapientia, Syracideſq;
Baruc, & à pueris Cantio facta tribus,
Pulchra Suſanna, Belus-draco, capti vota Manaſſis,
Et Machabæorum primus & alter adeſt.

Omnes divinæ Nova quos Teſtatio mentis
Inviolata libros aſſerit, aſſerimus.

De libris Novi Fœderis.

Matthæus, Marcus, Lucas, Iöannes, & Acta,
Et ſemèl ad Romam, bisq; Corinthe tibi,
Ad Galatas, Epheſumq;, Philippimq;, adq; Coloſſas,
Ad cives ſed bis Theſſalonica tuos,
Timotheuſq; duo, Titus vnum, totq; Philemon,
Et ſemèl Hebræus cepit Epiſtolium,
Vnum Jacobi, duo Petri, trina Joannis,
Judæ vnum, quod poſt Apocalypſis adeſt.

ARTICVLVS 7.

De Veteris & Novi Fœderis inter ſe convenientiâ.

QVam [a] benè conveniunt, quam nullâ ex parte [b] re-
Sancta ſalutiferi Fœdera [c] bina Dei!
Humano [d] ſiquidem generi perhibetur [e] vtroq; (pugnant
(Quam miſer [f] Adamus perdidit antè Pater)
Vera [g] ſalus, cæſi parta eſt quæ [h] ſanguine Chriſti
Qui [i] Deus eſt, hominis qui [l] mediator homo.

[a] Ephe. 2. 20.
[b] Matth. 5. 17.
[c] Act. 10. 43.
[d] Gen 3. 15.
[e] Ioh. 3. 16.
[f] 1. Cor. 15. 22
[g] Act. 4. 12.
[h] Col. 1. 20.
[i] Ioh. 1. 1.
[l] 1. Tim. 2. 5.

Sint

Sint procul hinc igitur terrena [m] palatia tantùm
Expectasse Patres qui sine mente putant.
Lege licet [n] Synagogæ [o] Ecclesia, jure Iehudæ
Libera civili [p] Publica res q; siet:
At [q] mandata tamen moralia quisq; tenetur
Observare decem, [r] si pius esse velit.

[m] 1. Cor. 10. 4.
[n] Gal. 5. 1.
[o] Act. 15. 10.
[p] 1. Cor. 7. 17.
[q] Math. 19. 17.
[r] Apo. 14. 12.

" Illa [s] potestatem mihi da (Deus optime) servem,
" Quatenus humanâ conditione queam:
" Aut [t] ego si peccem, [u] quis enim non peccat? Asylum
" Sit tua per Chtistum [x] Gratia sola meum.

[s] Psal. 119. 34.
[t] 1. Reg. 8. 46.
[u] Eccle. 7. 22.
[x] 1. Ioh. 2. 1.

ARTICVLVS 8.
De tribus Symbolis.

SYmbola quæ tria sunt, Athanasius edidit vnum,
Illud Apostolicum, deinde Nicea tuum,
Vnanimes veneramur, inest quia quicquid in illis
Scripturâ facilem constat habere fidem.

" Arrius infernos patitur jam perfidus ignes,
" Ingemuit cujus seditione * fides.
" In cineres etiam tanto pro crimine * nostras
" Vt meruit, tandem jure redactus erat.
" Nam si Publica res nulli convellere leges
" Permittit patrias, quæ ratione fluunt:
" Non lueret capitis pretio delitia, veram
" Cum sanctâ lacerans relligione fidem?

* Hieron.
* Legat.

" Sed pia cunctando sperans Ecclesia mater,
" Impietatis eum pœnituisse suæ,
" Distulerat meritis portentum tradere flammis,
" Ne peteret stygias protinùs illud aquas.

ARTICVLVS 9.
De partu, sive peccato originali.

LInquimus insipidis sua somnia Pelagianis,
Turpiter errantes qui sine teste ferunt,
Quam gen° humanum contraxit [a] origine, culpam,
Esse modo infelix hanc imitamen [b] Adæ:
Integra [c] naturæ cum sit corruptio nostræ,
Quam tulit à [d] primo quisq; parente suo.
" Publica quòd persona foret genus omnibus vnum,
" Conscia fit sceleris tota propago sui.
" Sic patriam, patriæq; patrem qui læserit audax,
" Cum nato facinus, cumq; nepote luit.
Ex injustitiâ (quam fecit [e] origo) relictâ,
Naturæ [g] sequimur semina quisq; malæ:
Hinc [h] caro spiritui præceps [i] inimica meretur,
Quæ ferat irati signa [l] tremenda Dei.
Jsta lues innata [m] pijs manet, vnde rebellis
Excutit impositum [n] sæpè libido jugum:
Jlla φρόνημα cluet σαρκὸς, [o] sapientia carnis,
[p] Affectusq; alijs, atq; [q] cupido sonat.
Donatusq; [r] fide licet, & [s] baptismate lotus
Non timet (inspecto judice) [t] Θῆτα nigrum:
Sola [u] libido tamen (quod Apostolus ipse fatetur)
Naturâ [x] vitio non caret vlla suo.

[a] Rom. 5. 12.
[b] Gen. 5. 7.
[c] Ephe. 2. 3.
[d] Psal. 51. 5.
[e] Eccle. 7. 31.
[g] Esai. 64. 6.
[h] Gal. 5. 17.
[i] 2. Cor. 12. 7.
[l] Rom. 8. 17.
[m] Rom. 7. 23.
[n] Rom. 8. 7.
[o] Ia. 3. 15.
[p] Rom. 7. 5.
[q] 1. Joh. 2. 16.
[r] Ephe. 2. 8.
[s] Mar. 16. 16.
[t] Rom. 8. 1.
[u] Rom. 7. 7.
[x] Mat. 5. 28.

" Quis

" Quis [y] me, quis miserum levet isto corpore mortis?
" [z] Gratia sit meritis (Christe benigne) tuis;
" Qui mœstam * proprio subijsti in corpore mortem,
" Mors animæ * noceat ne furiosa meæ.

[y] Rom. 7. 24.
[z] Rom. 7. 25.
* 1 Pet. 2. 24.
* 1. Cor. 15. 55

ARTICVLVS 10.
De libero arbitrio.

EX quo [a] lapsus Adæ paradiso contigit, [b] eheu
Nos miserâ tali conditione sumus,
Vt neq; [c] naturæ vi possumus, aut [d] benefactis
Sive [e] parare fidem, sive [f] litare preces.
Non igitur [g] nobis hodiè manet [h] vlla potestas
Munia munifico grata referre Deo:
Gratia præveniat nisi nos [i] divina, [l] voluntas
Quæ [m] faciat bona sit nostra, juvétq; [n] bonam.

[a] Gen. 3. 17.
[b] 1. Cor. 15. 22.
[c] Rom. 8. 8.
[d] Tit. 1. 16.
[e] Heb. 11. 6.
[f] Rom. 10. 14.
[g] Mat. 7. 18.
[h] Ioh. 15. 5.
[i] 2 Cor. 3. 5.
[l] Phil. 4. 13.
[m] 1. Cor. 15. 10.
[n] Heb. 12. 28.

" Hanc mihi suppedites (te qui potes omnia posco)
" Quæ regat ancipitem dux q; , comésq; viam:
" Vita per anfractus fiet mihi tutior omnes,
" Hâc duce progressus concomitante meos.

ARTICVLVS 11.
De hominis iustificatione.

CHriste [a] tuis [b] tantùm (non per quæ [c] fecimus ipsi)
Pro meritis justi credimur [d] esse Patri.

[a] Rom. 3. 24.
[b] 1. Pet. 1. 19.
[c] Rom. 3. 20.
[d] Act. 13. 39.

Dog-

Dogma saluti ferum, satis & solamine plenum
Extitit hoc [c] justos quod facit vna [f] fides.

[a] Gal 2.16.
[f] Eph. 2.9.

"Quâ sine gestarum malè tot mens conscia rerum,
"Obruta terroris sæpè fuisset aquis.
"Navigo per scopulos nunc confidentior illos,
"Sola fides clavum dum tenet ista meum:
"Quæ deturbari nequit (vt Palinurus) in vndas,
"Fluctibus (infernum) sit licèt acta tuis.

ARTICVLVS 12.
De *bonis operibus.*

SInt fidei [a] fructus licèt, & Benefacta [b] sequantur
Justificam (sequitur corpus vt vmbra) fidem:
Non tamen irati vel Iudicis [d] ora tueri,
Vel veniam [e] vitijs conciliare queunt.
Esse [f] Deo (facili solius nomine [g] Christi,)
Grata solent, in eum si ferat illa [h] fides:
Vnde [i] fluant (tanquam rivi) deducta [l] necesse est,
Nota fides quibus (vt [m] fructibus arbor) erit.

[a] Math. 7.20.
[b] Ephe. 2.10.
[c] Iac. 2.26.
[d] Psal. 143.2.
[e] Esai. 64.6.
[f] Heb. 13.16.
[g] Matth 3.17.
[h] Gal. 5.6.
[i] Tit. 2.14.
[l] Math. 5.16.
[m] Luc. 6.44.

"Hos ego felices referam (Deus annue) fructus,
"Mortua ne mea sit, nevè sepulta fides.
"Quòd si duntaxàt foliis onerarer opacis,
"Ipse darem pœnas, ficus vt antè dedit:
"Quæ maledicta fuit, quia frondibus obsita, fructum
"Quærenti Domino non dedit illa suum.

AR-

ARTICVLVS 13.
De Operibus ante Iustificationem.

SPiritus [a] inspiret priùs,& quàm gratia [b] Christi,
Actio non potis est vlla placere [c] Deo,
Quam non vera [d] fides produxit, gratia dignum
(Cui data prima foret)nec [e] facit illa virum:
Vt Deus,ex propriâ nec congruitate [f] meretur,
(Barbara * nam loquitur sic Schola)ferret opem.
Immò Dei [g] quoniam non convenit [h] actio legi
Talis,[i] erit vitio jure notata suo.

[a] Ioh.3 5.
[b] Ioh.14.16.
[c] Heb.11,6.
[d] Rom.14.23.
[e] Tit.1.15.
[f] Ephe.2.3.
* *Scotus 2. d* 28.
[g] Gal.3.10.
[h] Iaco.2 10.
[i] Esai.66.3.

"Si [l] benè sic peccant,malè quid commissa merentur?
"Si pius ad vitam vix,vbi pravus abit?
" [m] Splendida sunt etenim peccata,fideliter acta
"Quæ non,aut animo sunt oriunda malo.
"Sit benefactorum finis(sint siqua)meorum
"Christe tuum decus,& fons mea vera fides.

[l] 1.Pet.4.18.
[m] *August. de civitate Dei.*

ARTICVLVS 14.
De Operibus Supererogationis.

ESt opus,exequitur quod qui, supererogat [a] illis,
Qui sua pro veris dogmata falsa ferunt.
Hoc super [b] Æterni cum fit mandata,doceri
Fastu [c] non sine,non [d] impietate potest.
Namq; Deo(tantùm delirant)sponte putârunt,
Plura jubet quàm quæ debita,posse [e] dari;

[a] *Concil. Trid. Sess.6 c.*10.
[b] Mar 7.7.
[c] 2 Tim.3.15.
[d] 1.Tim.4 5.
[e] Col.2 20.

f Luc. 17.10 Omnia si facias, cum Christus f invtile supplex
Servitium doceat confiteare tuum.

" Qualis invtilibus perhibetur gratia servis!
" Assideant epulis vt tibi Christe tuis:
" Sanguinis effusi sacro quos nectare, fracti
" Corporis ambrosiâ quos satiare soles.
" His me pasce (precor) dapibus, saturarier illis
" Sola fames animæ est, sola sitisq; meæ.

ARTICVLVS 15.

De Christo solo sine peccato.

---

a Phil. 2.7.
b 2. Cor. 5. 21.
c 1. Pet 2 22.
d Apoc. 5. 12.
e 1. Pet. 1. 19.
f Ioh. 1. 29.
g Ephe 5. 2.
h Ioh. 13. 23.
i 1. Ioh. 3. 5.
m Eccle. 7. 22.
n Iac. 3. 2.
o 1. Ioh. 1. 8.

CÆtera a mortali similis, sed mente b Redemptor
Noster, & à vitijs corpore c liber erat:
Cæsus d ab æterno e (maculâ sine) venit vt f agnus,
g Hostia pro toto qui datus orbe foret:
Namq; (ita h dilectus testatur Apostolus) illo
Nulla i mali species invenienda fuit.
Nos m alij quibus atra manet contagio culpæ,
Infelicis Adam (væ mihi!) turba sumus
Improba, perpetuò qui multis n labimur, etsi
Fonte sacro tincti nascimur inde novi.
Siquis o inesse sibi peccata negaverit, ille
Fallitur, & falsi crimine captus erit.

---

b *Mornæus de veritate religionis Christianæ.*

" Falsus amor nostri fictâ sub imagine veri,
" Ludit inexpertos, nec sinit esse pios:
" Corporeis p etenim morbis genuina solemus
" Nomina, naturis apta referre suis:

" Cal-

" Calculus exurens audit, ſitibundus & hydrops,
" Et tremulæ febres, tarda podagra cluit:
" Sed vitio virtus, vitium virtute notatur,
" Nomina nam rebus ſunt ſpecioſa malis.
" Luxurioſus habetur amans, & perfidus audax,
" Ingenuum petulans ſe putat eſſe virum:
" Sed pius inſano ſimilis, moderatus avaro
" Dicitur, & mœſtus creditur eſſe malus.
" Verùm qui tenebras & lucem, lucemq́; tenébras q Eſai. 5. 20.
" Dixerit, infenſum ſentiet ille Deum.

ARTICVLVS 16.

De peccato poſt baptiſmum.

OMne malum quod quis [a] mortale patraverit vltrò, a 1. Ioh. 5. 17.
Cum priùs in Sacro Fonte lavatus erit,
Non ſcelus [b] horrēdum eſt, nec ineluctabilis error, b Luc. 12. 10.
Numen in æternum (Spiritus alme) tuum.
Poſt Baptiſma homini non eſt prohibenda cadenti
Spes veniæ, crimen ſi dolet ille ſuum.
Primitijs [c] vbi nos donārit Spiritus, exul c Apoc. 2, 5.
Gratia (peccatum ſi dominetur) abit:
Illa [d] redux etiam ſi fiat [e] gratia nobis, d Pſal 51 12
Rurſus in exilium fortitèr illud aget. e Luc. 22. 61.
Inſontes igitur [f] non ſunt, qui (vita ſuperſit f 1. Ioh. 1 8.
Dum ſua) [g] criminibus poſſe [h] carere [i] putant: g Iac 3 2. h 1. Reg. 8 46. i Eccle. 7. 22.
Quiq́; locum veniæ miſeris mortalibus vnquam,
Quos piget ex animo criminis eſſe negant.

" Sic ſolet argutas inflare ſuperbia mentes,
" Interitu tandem quæ graviore ruunt.

[l] Matt. 18.28. "Debita sic [l] Dominus cui condonaverat, ille
"Conservum alterius corripit ære gravem.
[m] Esai 65.5. "Sãctior his [m] Ego sum, procul hinc, procul este profani,
"Vox fuit insulsi seditiosa viri:
"Cui similes nupèr tulit ætas nostra, sed illis
"Det posthàc animo sint meliore Deus;
[n] Matt. 5.24. Cui fraternus amor tanti est, vt pinguis [n] ad aras
"Non ita delectet hostia cæsa suas.

ARTICVS 17.
De Prædestinatione & Electione.

[o] 1. Tim 1.9. PArticipes vitæ quos [a] destinat esse futuræ,
Se penès arbitrio non variante Deus,
Jacta priùs fuerant, hos, quàm [b] fundamina mundi,
[b] Matt 25 34 Credimus [c] æternùm proposuisse [d] sibi,
[c] Ephes. 1. 11. Ex genere [e] humano selectos, morte secundâ
[d] 2. Tim. 1 9. Immunes meritis reddere [f] (Christe) tuis:
[e] Mat 22.14. Sicut & ad summum quæ conformantur [g] honorem
[f] Ioh. 10.28. [h] Vascula, consortes esse salutis eos.
[g] 2. Tim. 2.20. Cui tam cœlesti lætantur sorte, [i] vocantur,
[h] Rom. 9.21. [l] Spiritus hoc proprio tempore Sanctus agit:
[i] Rom 8.30. Sunt & [m] morigeri (facit illud [n] gratia) voci,
[l] Tit 3 5. Justitiamq; [o] mero [p] munere gratis habent:
[m] Rom. 6 17. Atq; Dei fiunt (quod donat [q] adoptio) [r] nati,
[n] Gal. 1, 15, 16 Viva [s] quibus [t] Christi splendet imago sui:
[o] Rom. 3 24. Et [u] benefacta ferunt studiosius, vnica donèc
[p] Ephe 2.8. [x] Gratia cœlestes det remeare domos.
[q] Rom. 8. 15. Sed satis effari nequit vt [y] solamina quisquam,
[r] Gal. 4 5 Mentibus infundit quæ [z] thesis ista piis,
[s] 2. Cor 3.18.
[t] Rom. 8.29.
[u] Tit 2.11.12.
[x] Ephe 2 8.
[y] Rom 8 33.
[z] Ioh. 10.21.

In

In quêis * vivificans operatur Spiritus, illis
Terrea mortificans * membra, & ad alta trahens;
Spes quoniam vitæ facit vt sit certa futuræ,
Incenditq; sui mitis amore Dei:
Sic quorum instabiles exercent dogmata mentes
Ardua, nec Christi spiritus intus agit,
Ante oculos decreta Dei secreta tenere
Semper, in exitium præcipitare solet.
Quo vetus humani generis, nec inertior hostis
Incutit horrendos (spes vbi nulla) metus:
Aut (metuenda minùs quæ non est) vita Charybdin
Incautis aperit luxuriosa feram.
Insuper vt promissa Dei generalia pandit
Pagina sacra, pio sunt capienda modo:
Et factis eadem tantùm est imitanda voluntas,
Quam Deus in Verbo tradidit ipse suo.

* 2. Cor. 3. 6.
* Col. 3. 5.

" Hoc mihi (summe Deus) fiat Cynosura, nec vltrà
" Quisquilias hominum vanus vbiq; legam.
" Omnis homo [a] mendax, & inanibus omnia nugis
" Scripta scatent hominum, nî tuus adsit eis
" Spiritus; indigno quem des (Pater optime) servo,
" Interprésq; Libri sit mihi quæso tui.
" Sic mea Cimmerijs mens offuscata tenebris
" Lucida divino sole superna sciet:
" Sic & inaccessum lumen mortalibus, olim
" Sit mihi spes oculis posse videre meis.

[a] Rom 3. 4.

ARTICVLVS 18.

De assequenda salute æternâ Christi solius nomine.

ILlos certa manet maledictio, cuiq; salutem
Quâlibet æternam qui fore lege putant:
Si modò naturæ ducatur lumine, legem
Sedulus & (posuit quam sibi) servet eam.
Nulla salus etenim sine Christo est (vt pia monstrant
Scripta) sed in Christi [a] nomine sola salus.

[a] Act. 4 12.

" Nomen quod genibus formidant omnia flexis,
" Quæ cœlum, vel quæ terra, vel orcus habet:
" Nomen in æternum venerabile, cujus amore
" Vilia sint mundi gaudia cuncta mihi.

ARTICVLVS 19.
De Ecclesia.

VIsa super terram [a] certans Ecclesia Christi,
Est hominum cœtus qui cupit esse pius:
Quo viget eloquij cœlestis purior vsus,
Quóq; ministrari Pignora sacra solent,
Omnibus ad Christi solius jussa peractis,
Convenit vt tantis reddere pignoribus.
Ipsa suos habuit lapsus Ecclesia Romæ,
Ritibus, & vitæ moribus, atq; fide:
Sic Solyma capta est, & Alexandrina veterno,
Sic tulit errores Antiochena suos.

[a] Ephes. 6. 12.

" Nostra etiam potis est errare Britannica, verùm
" Hactenus vt rexit, sic Deus opto regat:

" Et

" Et fidei puppim tot tempestatibus actam,
" Ira quot inferni dira ciere potest,
" Protegat invicti sub Principis omine nostri,
" Tam [b] sacrum meritò qui sibi nomen habet.
" Testis ad excelsos sit [c] Epistola missa Monarchas,
" Purpureæ minuit quâ Meretricis opes:
" Testis & in [d] Batavum sit quam dedit Hæresiarcham
" Cantio, qui stygias evomit ore theses:
" Testis amor Domini constans, & acerba malorum
" Murmura sint fidei pignora certa suæ:
" Tempora testentur quæ cernimus aurea soli,
" Lacte quibus, nec non omnia melle fluunt.
" In cœlum ferus redeas (Rex magne) triumphos
" Vt referas victis hostibus antè tuis.
" Et Deus invitis cum te revocaverit Anglis,
" Vivito delicijs semper in Angelicis.

[b] *Defensoris fidei.*
[c] *Epist. ad principes Christianos.*
[d] *Declaratio ad Ordines Belgicos.*

ARTICVLVS 20.
De *Authoritate Ecclesiæ.*

Ius habet aptandis Ecclesia ritibus omne,
Et fidei lites ponere sola potest:
Non tamen adversum quicquam licet edere, sensum
Nec dare qui scripto discrepat eloquio.
Sit licet æterni custos Ecclesia verbi,
Testis & ambobus vera voluminibus:
Attamen adversum nihil his decernere debet,
Nec licet hæc præter condere dogma novum,
Quod (sine quo nullam possint sperare salutem)
Credendum cunctis imperet esse pijs.

" Quo

[a] Rom. 1. 8.

" Quo Romana magis differt [a] Eccleſia primis
" Temporibus, juſſit nil niſi juſta quibus.
" Nunc [b] cædes regum, nunc & laniena [c] piorum
" Gallica, ſunt Papis Roma probata tuis.
" Quo furor inferni potuit non fingere majus,
" Nec tantum potis eſt æquiparare ſcelus,
" Illa futura fuit pyrio quæ pulvere ſtrages,
" In caput, inq; humeros Anglia læta tuos:
" Authores habuit quales? niſi fæce madentes
" Romanâ, Meretrix quam Tyberina tulit.
" Sed Deus inſidias tandem patefecit opertas,
" (Cui decus) artifices & periêre truces.
" Sic pereãt omnes, Domini meditãtur in vnctos
" Qui minimum dirâ ſeditione malum.
" Solis at vt radij ſplenceſcant fortiter illi,
" Quos amor officio continet, atq; timor.

[b] *Oratio Sixti quinti in cæde Henrici tertii.*

[c] *In feſto ſancti Bartholomæi. 1572.*

ARTIC. 21.

De authoritate Conciliorum Generalium.

COncilia indici, quæ ſunt Generalia, debent (bus.
(Quos penès arbitrium eſt) non ſine [a] Principi-
Sic tamen indictis, error (quod contigit [b] olim
Sæpiùs, inq; Dei rebus) ineſſe poteſt:
Conventus quia ſunt hominum, quos Spiritus omnes
Non regit, æterni nec monimenta Dei.
Pondus habent igitur nullum, quæcunq; ſalutem
Spectant, aut quæ nos relligioſa jubent:
Ni prius accedat Verbi fundatio Sacri,
Viribus hinc lex eſt quælibet aucta ſuis.

[a] *Socrates lib. 5. Hiſtor.*

[b] *Euſeb. lib. 7. Cap. 5.*

" Fi-

" Finibus hinc noſtris Synodus procùl eſto Tridenti,
" Nec minimam expectes in tua facta fidem:
" Gallica ſi nondum patitur Sorbona, putandum eſt,
" Anglia quod fæces ſpernit habere tuas:
" Quæ mores hominum ſic infecêre priores,
" Nulla fides bello, pace nec vlla fiet,
" Tempora quis Romæ dubitat Mariana redijſſe,
" In quibus infandum quod libet omne licet:
" Non magis immiti ſimilis Catilina Cethego,
" Quàm Mario (mundi fax) [c] Mariana fuit:
" Conſulibus tamen is ſtuduit nocuiſſe profanis,
" Abrogat imperium Regibus iſte pijs.
" Sylla ferox vicit Marium, Mariana Charybdin
" Dignus ſulphuream qui pateretur erat.

[c] *Mariana de Regis inſtitutione.*

ARTICVLVS 22.
De Purgatorio.

QVem Romana docet Schola, [a] Purgatorius ignis, *concil. Trid. ſeſſ. 25.*
Factaq; commiſſis gratia criminibus,
Ac ea Sanctorum ſupplex veneratio, cultus
Et qui Relliquijs, qui fit Imaginibus,
Somnia ſunt, aliâ nec erant ratione reperta,
Quàm ne Pontificis cruda culina foret.
Non nituntur enim Verbi fundamine ſacri,
Quin magis eloquijs ſunt inimica pijs.

" Virgilium phantaſma prius ſapit, atq; Platonem,
" Cætera ſunt monachis debita (Roma) tuis:

" Quos ego! sed fœdas fastidit charta lacunas,
" De quibus ingenuo victa pudore, silet.

ARTIC. 23.
De Ministratione publica.

NOn licet officium cuiquam sibi sumere, Verbum,
Signa ministrandi nec veneranda Dei:
Ante per examen fuerit quàm more vocatus
Legitimo, & tantum missus in imperium.
Hos etiam missos fas est, & jure vocatos
Credere, sic mitti quos voluêre viri,
Publica conventu quibus est commissa facultas
Curare, vt Domini vinea culta siet.

" Sed quorum pietas animis, industria factis
" Eminet, ante alios hortor vbiq; legant:
" Moribus vt doctrina probetur, ne manus ista
" Ædificet Domini, diruat illa Domum.
" Sic Sion exurget, Babylon cadet impia, stupris
" Corruet & Meretrix insatiata suis.

ARTIC. 24.
De sacris linguâ celebrandis quam populus intelligit.

[a] *Origines contra Celsum lib. 8*

MOre suo primæva vetans [a] Ecclesia, Verbo
Directè prohibens non pereunte Deus,
Publica vota docent, vel Pignora sacra proferre
Linguâ (quam populus non capit) esse nefas.

" Mur-

" Murmuret ignoto [b] plebs vt sermone precando
" Papa jubet, fraudes ne sciat illa suas.
" Maluit at notâ modò quinq; vocabula Paulus,
" Millia quàm peregri voce sonare decem.
" Nam velut incertum dederit si buccina cantum,
" Nullus in hostiles induet arma manus:
" Non secùs, ignotâ est si facta precatio linguâ
" Nemo erit assensum qui dabit inde suum.
" Psittacus occiduos avis est numerosa per Indos,
" Vnde ferunt quendam nomen habere locum:
" Veriùs (invaluit fallax vbicunq; Papismus)
" Non ibi per tales terra vocetur aves?
" Quis negat Ausonios Babylonica regna tenere
" Pontifices? Tyberim quis negat esse Tygrin?
" Nomen ab inversis cepit Babylonia linguis,
" Lingua Papæ (populo nota nec illa) placet.
" Spero sed ignotis ruit vt Babylonica turris
" Vocibus, & Romæ causa ruentis erunt.

[b] Concil. Trid. Sess. 22. Cap. 8.

ARTICVLVS 25.
De Sacramentis.

INstituit Christus quæ Pignora sacra salutis,
Non modò Christicolis tessera sunt fidei,
Sed potiùs testes & signa videntur amoris,
In nos gratuitò quem Deus exhibuit:
Per quæ pectoribus nostris operatur opertè,
Confirmans fragilem vivificansq; fidem.

Bina Novi tantùm ſunt Pignora Fœderis, atq́;
Fons Sacer, & Domini Cœna vocantur ea.
Jlla, Sacramentis numerat, quæ, quinq; duobus,
Callidus incautum fallere Papa gregem,
Vtpote Confirmata fides, Confeſſio, cleri
Munera, Connubium, deniq; Chriſma ſacrum,
Non ſunt digna novi quæ pignora Fœderis inter
Deberent vllum jure tenere locum.
Moris Apoſtolici tulit hæc imitatio prava,
Aut aliquâ vitæ ſub ratione cadunt,
Quam Scriptura probat, naturam non tamen illis
Cœnæ, vel Sacri Fontis ineſſe damus:
Non etenim ſignum retinent hæc, quale videri
Poſſit, & his ritus quem Deus aptat, abeſt.
Sacramenta dedit, non vt ſpectacula Chriſtus,
Qualia per vicûm compita lata forent,
Delicijs ſed enim frueremur ſanctiùs iſtis,
Quæ fiunt animis ſic medicina pijs.
Hęc tamen indignè qui ſumit (Apoſtolus inquit)
Jlle venena ſibi, pharmaca nulla capit.

" Impuris etenim referunt alimenta nocere
" Corporibus Medici, non ratione ſui:
" Lauta ſed humores vitioſi fercula vertunt
" In fæces ſimili conditione malas.
" Pignora ſic animis obſunt ſacrata profanis,
Antidotum pia mens quę facit eſſe ſuum.

ARTICVLVS 26.
De indignis Ministris qui non impediunt effecta Sacramentorum.

ETsi visa probis mixtos [a] Ecclesia pravos
Semper habet, (paleâ nam sine nulla [b] seges)
Sæpè [c] malis etiam contingit summa [d] potestas,
Verba ministrandi Signaq; sacra Dei:
Sed quia non proprio faciunt hoc [e] nomine verum
Christi, quod præ se nomen vbiq; ferunt:
Signa [f] ministerio sacrata licebit eorum
Percipere, & missum cœlitùs [g] eloquium,
Namq; nec illorum vitiosis moribus vnquam
Tollitur [h] effectus, quem pia signa ferunt:
Gratia donorum nec abest divina bonorum
His, ea qui rectè percipuntq; fide.
(Promisit quoniam sic Christus) inania non sunt,
Sint licet à pravis illa peracta viris.
Attamen ad regimen spectat, moresq; decoros,
Quos Christi in terris debet habere Domus;
Quæstio de pravis vt fiat aperta ministris,
Accusentq; quibus cognita vita fuit:
Vtq; rei tandem justo sub judice facti,
Sacrato cedant inde ministerio.

[a] 1. Reg. 19. 18
[b] Matt 13. 38
[c] Ioh 11 49.
[d] 1. Reg. 2. 26.
[e] Matth 7. 22.
[f] Matth. 23. 3.
[g] Phil. 1. 18.
[h] 1. Cor. 4. 20.

"Viscera per Christi, per vulnera quemq; Ministrum
"Hortor, inoffenso sic pede cautus eat,
"Impia spiritibus claudantur vt ora malignis,
"Festucas faciunt qui superare trabes.

[1] Bernar. de Con sid. ad Cler. lib. 2. cap. 13.

" Nam quod ridiculum vulgo [1] est, blasphemia clero
" Audit, & exemplo perdit inepta suo.
" Dilecti fratres igitur procul este prophanis
" Vocibus, & vestris invigilate vijs:
" Prisca ministerio redeat sic gloria sacro,
" Quod nunc obloquijs sordet vbiq; nimis.

ARTICVLVS 27.
De Baptismate.

NOn insigne Deum modò sit Baptisma fatentum,
Et nota quæ capras inter, & inter oves:
Tessera quin etiam perhibetur originis esse
Certa novæ, certo quâ quasi chirographo,
Qui rectè Baptisma capit, fontemq; sacratum,
Inseritur Christi protinus ille Domo.
Libera peccatis datur indulgentia nostris,
Sanctus & hanc signat Spiritus ante oculos,
Qui nos esse Dei natos testatur adoptos,
Jste quibus Christi sanguine crevit honos:
Confirmata fides etiam, precibusq; piorum
Ante Deum factis gratia major adest.
Infantum baptisma modis Ecclesia cunctis
Ex animo debet Christe tenere tuo.

" Fonte sacro puerum quòd me pia cura parentum
" Intingi voluit (cum mihi nulla fuit
" Aut vis, aut tantum decus exoptare voluntas)
" Anchora fit medijs hoc mihi certa malis.

" Mi-

" Miles enim Christi cum sim, nequit vlla nocere
" Dæmonis, & mundi, carnis & esca mihi.
" Prodigus est & si pro principe sanguinis atri
" Conductus minimo subditus ære suo:
" Non ego tum Christi morerer pro nomine? nomen
" Qui libro Vitæ fecit inesse meum.
" Gratia nominibus sed si latet vlla sub aptis,
" Quod patet antiquos constituisse Patres:
" Gratulor impositum mihi quòd sit nomen, amatus
" Discipulus Domino quod tulit ante suo.
" Nostrates (retinent quoniam gentilia quædam
" Nomina) [a] Rhemenses impietatis agunt:
" Immemores, eadem quòd culpa redarguat ipsos,
" Nam quo alios onerant crimine, majus habent.
" Hector, & Hippolytus, Lucretia, Phœbe, Camillus,
" Nomina sunt natis indita sæpè suis.
" Ethnica quæ tantùm sapiunt primordia, quantum
" Vana superstitio, & vita, genusq; suum.
" Quin etiam nostri mores imitantur ineptos,
" Jrala quæq; facit gens, facit Angla nimis.
" Pars antiqua petit tantùm prænomina, donat
" Pars nova, pars demùm nî pia nulla probat.
" Ordo ita naturæ est inversus, veste rescisat,
" Nomine vel natos vix pater ipse suos.

[a] *Test. Rhe. in 1. Ioh. 60.*

ARTICVLVS 28.
De Cœna Domini.

NOn modò sacra synaxis eum testatur amorem,
Mutuus omnimodis qui solet esse pijs:

Esse

Esse sacramentum potiùs Scriptura fatetur,
Quòd Christus propriâ morte redemit eos,
Quod quicúnq; pius sua propter crimina plangens,
Fratris amans, dignè sumpserit, atq; fide:
Panis ei fractus fit participatio Christi
Corporis, & cyathus sanguinis arrha sui.
[a] Concil. Trid. sess. 13. cap. 4. Nulla sacramento potis est [a] mutatio sacris
Defendi scriptis, sed magis obstat eis:
Quippe Sacramenti naturam destruit ipsam,
Magnaq; non paucis extitit ansa malis.
Sed corpus Christi datur, accipiturq; synaxi
Sacrâ, divino tantùm edituq; modo.
Et medium cænâ Domini quo corpore Christi
Vescimur, est sancto pectore sola fides:
Ferre sacramentum per compita, tollere in altum
Aut colere, in multos & retinere dies,
[b] Concil. Trid. sess. 13. cap 5. Non legimus Christum jussisse, sed ista [b] Papistæ
Qui faciunt, majus (credite) crimen habent.

---

[c] Cerem. lib. Sect. 12. cap. 5. "Mitratos (quócunq; ferunt vestigia) [c] Papas
"Hostia in albato concomitatur equo.
"Regibus haud aliter Persis præferrier ignis
"Fertur vbiq;, suum quem coluere Deum.
"Mitte dehinc mores imitari Papa profanos,
"Scommata sacrificis si vereare tuis.
"Ægrotans etenim Gallus cui sponte Sacerdos
"Effigiem Christi corporis attulerat,
"Ingeminans, confide precor, tibi causa salutis
"Verus in humano corpore Christus adest:
"Spero equidem respondet, eum quia portat asellus,
"Sic semel in Solymam credo venisse priùs.

"Quin

" Quin alio moriente venit de more Sacerdos,
" Et Crucifixus ei pixide clausus erat:
" Æger, ait, supplex hoc tu vescaris oportet,
" Est etenim Christi sanguis, & ipsa caro:
" Pace tuâ moriens occurrit, non ego sextâ
" Vescar in æternum carnibus in feriâ.

ARTICVLVS 29.

De impijs qui non manducant Christi corpus in Eucharistia.

IMpia turba fide quæ non imbuta feraci,
Inconsulta sacras audet adire dapes:
Signa licèt (loquitur velut Augustinus) apertè
Corporis & Christi sanguinis ore premat:
Non se participem Christi putet esse, sed audax
Esse solet tantas in sua damna dapes.

" Absit vt hoc facerem scelus, aut temerarius ausim
" Delicias Domini sic violare mei:
" Ne mihi contingat, quod contigit Iscariotæ,
" Quem rabies genij torsit acerba mali,
" Proderet vt sanctum crudeli fraude Magistrum,
" Post epulis fuerat quàm satur ille sacris.

ARTICVLVS 30.

De participatione vtriusq; speciei in Cœna Dominica.

NOn Calicem populo fas est prohibere sacratum,
Quem Dominus fusi sanguinis esse sui
Participem voluit, proprio cum more doceret,
Nulla sacramenti pars mutilata foret.

" Pocula stuprorum Meretrix Babylona suorum
" Porrigit, at sacri [a] nectaris illa negat.
" Optima sacrilegus servat sibi vina Sacerdos,
" Dum populus solo pane cibatus abit.
" Excusare queat si [b] concomitantia factum,
" Ponere tum propriam cur nequit inde sitim?
" Miscet aquâ [c] vinum (sic mos est) improbus inquit,
" Det populo vinum, sed sibi sumat aquam;
" Sobrius vt sanctam peragat sine crimine Missam:
" Nec faciat socius fecit vt antè suus,
" Qui minùs officij memor, & commenta celebrans
" Mystica, non licitum sumpserat ore merum;
" Conscius at sceleris solito subtristior ædes
" (Quas lederæ signant) more petebat eas.
" Cui sic Oenophorus (post cognita causa doloris
" Quàm fuit) haud animo discruciare tuo,
" Oblitus fueris quòd vino infundere lympham,
" Hoc te (crede) meus fasce levavit herus.

[a] Concil. Trid. sess. 21. cap. 1.
[b] Concil. Trid. sess 21. cap. 3.
[c] Concil. Trid. sess. 22. cap. 7.

ARTICVLVS 31.

De vnica Christi oblatione in cruce consummata.

EDita quæ [a] Christi [b] semel est oblatio, propter
Crimina [c] sufficiens totius [d] orbis erat,
Actio quæ [e] peccans vel quę produxit [f] origo,
Quam præter satis est [g] factio nulla Deo.

[a] 1. Pet. 3. 18.
[b] Heb. 9. 28.
[c] Rom. 3. 25.
[d] Ioh 1 29.
[e] 1. Ioh. 2. 2.
[f] Rom. 5. 18.
[g] Act. 4 12.

Hostia

Hostia sed Missæ totiès repetita, litatus
Quâ Christus patri dicitur esse suo,
Próq; superstitibus, necnon pro funere [h] functis,
Insontes fiant, pœna nec angat eos,
Vana superstitio est, & fabula fœda, periclis
Plena, nec Eloquio nititur illa Sacro.

[h] *Concil. Trid. sess. 22. cap. 1.*

"Roma quid infandas vendis malè provida nugas?
"Nec lucrum tanto crimine majus habes:
"Christus enim nummis divenditus esse triginta
"Fertur, at hunc hodiè vendis inepta tribus.
"Namq; à sacrificis celebratur Missa scelestis
"Quotidiè pretio non meliore tuis.
"Sanguineum tamen his orbem facis impia nummis,
"Emptus at est illis sanguinis vnus ager.
"Sed lucrum reddit gravidas exile crumenas,
"Ex re quod gratum quâlibet esse solet.
"Desine Roma tuas tandem protrudere merces,
"Cum nummo pereas vel scelerata tuo.
"Quippe Magi similis magis est tibi Papa Simonis
"Quàm Petri, authorem quem putat esse suum.

ARTICVS 32.
De Connubio Sacerdotum.

---

[a] SAcratos lex nulla [b] vetat divina Ministros
Connubij sancto se sociare jugo:
Vxores etiam licet his [c] adhibere modestas,
Si [d] placet, & facere hoc pro pietate putent.

[a] Levi. 21. 13.
[b] 2. Reg. 4. 1.
[c] 1. Tim. 3. 2.
[d] *Chri. Hom. 1. in Titum.*

[e] Heb. 13 4.

"Paulus honoratam [e] cunctis sine nomine tedam,
"(Conveniens thalamo si pudor adsit) ait.

[f] Concil. Trid. sess. 24. cap 9.

"Vincula Connubij prohibent veneranda [f] Papistæ,
"His quibus est Domini credita cura Gregis.
"Qui tamen interea meretricum armenta tuentur,
"Ex quibus auxilium non leve Papa capit.
"Et Monachus Pater est, Pater est Jesuita, Sacerdosq́;
"An juvenes fiunt matribus absq; Patres?
"Servorum Servus Patrum Pater esse videtur
"Papa, Patris quoniam nomen, & omen habet.
"Et vetus invaluit mos vt Germanicus, omnem
"Qui Duce natus erit, quo datur esse Ducem:
"Haud secùs iste Pater genuit quos claviger omnes
"Illicò clavigeros accidit esse Patres.
"Sed tamen illa Ducum stirps vt præclara minorum
"(Distrahat antiquam ne numerosa Domum)
"Sponte suâ patrios queat vt defendere fines,
"Expetit in Turcas bella movere truces:
"Sic vafer extremos si Papa fugaret ad Indos
"Progeniem (nimis est quæ vitiosa) suam,
"Tutior Europæ fieret concordia nostræ,
"Quæ nunc dissidijs languet amara suis.

ARTICVLVS 33.

De Excommunicatis, & quòd eorum vitanda sunt consortia.

CEnsurâ feriat si fortè Ecclesia quenquam,
Amputet & sacro ritè sodalitio,
Ethnicus ille pijs verèq; fidelibus esse
Debet, & à sanctis exul abesse choris:

Do-

Donec mœsta novam dederit Confessio mentem,
Et vox legitimi Iudicis introitum.

" Principibus Romana viris Ecclesia vibrat
" Fulmina Censuræ, quæ nocitura putat,
" Mentis inops, alios sed non legit impia fructus,
" Quàm quòd ridiculam se facit, atq; levem.
" Scilicet invictos solet imperiosa Monarchas
" Pellere sanctorum cœtibus illa sacris.
" Æquius at proprio fuerat liquisse magistro,
" Qui Deus est, cui stat, sive Corona cadit.
" Induperatoris Caroli vel nomine Quinti
" Nunc opus exemplo Regibus esse puto:
" Illi fulmineas Papa intentasse sagittas
" Fertur, ab Italicis nî remearet agris:
" Cæsar at impavido respondit pectore, vanum
" Si mihi Papa dehinc sic minitere metum;
" Talia tormentis referam tibi fulmina ahenis,
" Fulmen vt auditum non queat esse tuum.

ARTIC. 34.
De Ritibus Ecclesiæ.

NOn opus est Ritus existere prorsus eosdem,
Omnibus aut similes expedit esse locis:
Semper enim varias habuerunt vndiq; formas,
Quas tamen est licitum sumere posse novas,
Si mores hominum, si tempora, si regionum
Poscat inæquali conditione situs.

Ingenio quicunq; ſuo, privatus, apertè,
Et de compoſito non violare timet,
Concordes Verbo quòs fert Eccleſia ritus,
Quoſq; probat ſacrum Principis imperium;
Talis cenſurâ reprehendi debet apertâ,
Pronus in errorem ne cadat alter eum.
Hoc etenim mentes infirmas vulnerat actu,
Jura magiſtratus, & pius ordo perit.
Quæq; novos potis eſt Eccleſia condere ritus,
Aut mutare ſuos, aut abolere malos,
Quos humana priùs decrevit ſola poteſtas,
Ædificata Dei ſit modò ſancta domus.

" Difficiles animi, quibus hæc placuiſſe videntur
" Non benè, (ſed juſtâ nec ratione tamen)
" Quid patriæ leges in vos committere tantum?
" Inſontes veſtri quid potuêre greges?
" Quòd ſic ſuſceptâ ſubitò ſtatione relictâ
" Commiſſas fidei deſtituiſtis oves.
" Eſſe quid hoc dicam? niſi quòd decimatis anethum,
" Dum magis exactum prætereatis opus.
" Sed precor infenſos iterùm concordia fratres
" Vniat, vt Domini meſſis opima ſiet:
" Hoſtis ab externis ne qui venit improbus oris,
" Fiat ab internis trux magè diſſidijs.

ARTICVLVS 35.
De *Homilys*.

ALter Homilias liber eſt qui continet, harum
Nomina ſub proprio junximus Articulo:

His

His quia ſenſus ineſt pius,& doctrina ſalubris
Conveniens iſtis tam benè temporibus,
(Vt prior Edvardo qui prodijt auſpice Sexto
Syncerâ ſcatuit relligione liber)
Nos templis igitur volumus quod voce Miniſter
Diſtinctâ(capiat plebs pia) ſæpè legat.

De nominibus Homiliarum.

Prima pios vulgo templorum prædicat vſus.
Quantus ab idolis tota ſecunda metus.
Tertia debetur qualis reparatio templis
Explicat,& cultu quis ſit habendus honos.
Quarta bonum fidei fructum,& jejunia ſuadet.
Quintâ damnatur crapula & ebrietas.
Veſtibus exceſſum reprehendit ſexta, tenẽdum
In quibus illa refert omnibus eſſe modum.
Septima de precibus tota eſt. Octava perorat
Integra déq; precum tempore,déq; loco.
Nona Sacramenta,& communia vota piorum
Voce docet notâ quòd celebrata ſient.
Quanta ſit æterno reverentia debita Verbo,
Hic Decimę ſcopus eſt explicet,vtq; probet.
Pauperibus dones decimam poſt Prima monebit:
Natales loquitur Chriſte ſecunda tuos.
Tertia poſt decimam fuerat quæ paſſio Chriſti;
Quarta reſurrexit quàm citò Chriſtus,ait.
Quinta Sacramentum quis dignè ſumpſerit altum
Corporis,& Chriſti ſanguinis exequitur.

Spi-

Spiritus inſpirat quæ dona fidelibus vltrò
Sanctus, poſt decimam Sexta referre ſolet.
Septima poſt decimam de certis ſola diebus
In quibus ambit agros quiſq; Miniſter, agit.
Connubij celebrat laudes Octava. Docebit
Nona dolor qualis conuenit eſſe pijs.
Arguit ignauos meritò Viceſſima. Damnat
Vltima fœdatas proditione manus.

" Sunt quos ſcripta Patrum vulgo prælecta laceſſunt
" Obſtrepere, & miris improperare modis:
" Effutire leues tamen hi ſine pondere ſenſus
" Audent, & cerebro ſomnia ficta ſuo.
" Nouimus vndeciès quendam blateraſſe, diebus
" Solennes Chriſto quos pius orbis habet.
" Quod ſi futilibus peragatur concio verbis,
" Non poterit tali munere quiſq; frui?
" Sed Deus ignauis graviter maledicit, & illis
" Per quos tam ſanctum ſic temeratur opus.
" Sacra quòd inſipido ſordent myſteria vulgo,
" Forſan in illotas ſi cecidêre manus.

ARTICVLVS 36.

De Conſecratione Epiſcoporum & Miniſtrorum.

ILle Liber facti quo ſunt genus omne Miniſtri,
Hos quia Diuinis conſecrat Officijs,
Editus Edvardi pridèm ſub tempore Sexti
Omnibus & regni latus ab Ordinibus,

Continet ad tales quodcunq; neceſſe ſacrandos,
Inde ſuperſtitio eſt, impietaſq; procùl.
Anno prædicti qui Regis ab vſq; ſecundo,
(Ritibus ex aptis quos habet iſte Liber)
Sacratas adijt Claſſes, ætate futurâ
Vel qui conſimili more Miniſter erit;
Ordine, jure bono factos decernimus illos,
Legitimè & ſacrum ferre Miniſterium.

" Noſtrates Laicos tantùm indigitare Miniſtros
" Papicolæ, abſurdâ ſed ratione ſolent:
" Scilicet Ordinibus quia non gaudere Sacratis
" Papa dedit, jus hoc qui ſibi ſolus habet.
" Eſto, ſacerdotium ſed qui ſumpſêre priuſquàm
" Exul ab Angliacis Papa receſſit agris,
" Illi alios etiam meliori more Miniſtros
" Fecerunt, ſeries nec violata fuit.
" Me pius ad Thamiſin quòd nuper Epiſcopus Vrbis
" Magnificæ, tali fecit honore frui,
" Gratulor ex animo mihi, nec dum vita ſuperſit,
" Immemorem tanti muneris eſſe ſciet.
" Nam ſtadium ſervabo meum ſine fraude, benignus
" Si mihi ſit poſthàc, vt fuit ante, Deus:
" Ne capiti indigno (decurſu temporis) illum
" Pœniteat ſacras impoſuiſſe manus.

ARTICVLVS 37.
De Civili Magiſtratu.

OBtinet imperium Majeſtas Regia ſummum
Angliacis ejus finibus, atq; alijs:

Cujus in omnimodis ſacrata potentia cauſis
Omnibus(vt par eſt)imperat Ordinibus:
Sive Sacerdotes ſint,ſeu Civilia tractent
Mœnia,nec peregri eſt ſubjicienda foro.
Nos vbi Principibus primas damus,inde ſiniſtris
Mentibus anſa ſui ſchiſmatis eſſe ſolet.
Non tamen æternum datur illis copia Verbum,
Sive miniſtrandi Pignora ſacra Dei.
Legibus hoc patuit,quas Eliſabetha beati
Nominis,auſpicio condidit ante ſuo.
Tale ſed imperium noſtris concedimus, olim
Quale pijs tribuit Regibus ipſe Deus:
Nempe gradus hominum ſoli dominentur in omnes,
Quos Dominus proprio ſubdidit imperio,
Quos vel publica res capit, aut Eccleſia cunctos
Civiliq; queant enſe domare malos.
Non habet imperium Romanus Epiſcopus vllum,
Finibus(ô felix terra Britanna)tuis.
Jura poteſtatem civilia gentis in omnes
Impia patrantes crimina mortis habent.
Ferre(Magiſtratus ſi juſſerit)arma vel ipſis
Chriſticolis,etiam bella ciere licet.

" Subditus in proprium miſer vt ferat arma Monarcham,
" Quem feriet bruto fulmine Papa jubet.
" Non ita [a] Cæſareas abrupit Chriſtus [b] habenas,
" Papa tamen Chriſti geſtit habere vices,
" Falſò,nam pedibus tenebrarum [c] principis inſtat
" [d] Omnia qui mendax ſe dare regna refert.

[a] Mar. 12. 17.
[b] Matt. 17. 27.
[c] Epheſ. 6. 12.
[d] Luc. 4. 6.

" In-

" India magniloquo dives sic cessit [e] Ibero,
" Hoc tulit invisum jure Navarra jugum.
" Barbarus insulsum sed Rex [f] Atabaliba Papam
" Risit, & insanit Papa superbus ait.
" Regna dat ignotis qui sic aliena dynastis,
" Excidit Imperio sed tamen ille suo.
" Heu quantas Peperit Papæ donatio strages!
" Millia [g] nudorum quot cecidêre [h] virûm!
" Exuit humanam crudeli ex pectore mentem,
" Qui legit, & falsis temperat à lachrymis,
" Qualiter innocuos afflixit Celtiber Indos,
" Sed penès Historicos sint ea lecta suos.

[e] *Ex donatione Alex 6. Guicciard. lib. 1.*
[f] *Lop Gomar. Cap. 113.*
[g] *Ioſ. Acoſta lib. 4. Cap 3.*
[h] *Bar. de Caſ.*

ARTICVLVS 38.

De bonis Chriſtianorum quæ non ſunt communia.

ETſi Anabaptiſtæ referant, communia non ſunt
Chriſticolæ proprio quæ bona jure tenent.
[a] Pauperibus debet tamen impertire [b] libenter
Vt potis eſt, [c] hilari pectore quiſq; pius.

[a] 1 Joh. 3. 17.
[b] 2 Cor 9 7.
[c] Rom. 12. 8.

" Munera quæ data sunt inopi [d] Deus accipit, atqui
" Ne tua quæ dederit [e] dextra, sinistra sciat.
" Certior [f] ignoto referetur gratia dono,
" Quam tuba si laudes clangat ahena tuas.
" Sed bona pars hominum cupit vt post fata [g] sepultos
" Improprio sensu facta sequantur eos.
" Sic solet augendæ cui non dattur optio vitæ,
" Carnificem pannis latro beare suis.

[d] Prov. 19 17.
[e] Matt 6 3.
[f] Matt. 6. 4.
[g] Apoc. 14. 13

ARTICVLVS 39.
De hominis Christiani iureiurando.

[a] Matt. 12. 36 VAna [a] Sacramenti, nec non temeraria vani
Sumptio Christicolis debet abesse pijs.
[b] Matt. 5 34. Hanc [b] Dominus vetat, hanc [c] Jacobus Apostolus ante
[c] Iaco. 5 12. Omnia vitandum censuit esse malum.
[d] Deut 6 13. Non tamen [d] illicitam sempèr, nec funditùs [e] omnem
[e] Ier. 12. 16. Credimus exhibitam crimen habere fidem:
[f] Exo 22 8. Quin jurare (f Magistratus si postulet) æquum
[g] Num. 30 3. (Causaq; si [g] fidei, si sit [h] amoris) erit.
[h] Gen 21. 24.
[i] Ier. 4 2. Dummodò quod legimus quondam docuisse [i] Prophetã
[l] Psal. 15. 4. Justitiâ [l] verè judicioq; siet.

"Major in humanis [m] quænam testatio rebus,
[m] Heb. 6. 16. "Quàm data jurandi relligione fides?
"Perfida sed dubias invenit Roma loquelas,
"Maxima mente tacet, cætera voce sonat.
"Atq; ita Judicibus docta est illudere nostris,
"Quæstio de factis cum sit habenda suis.
"Haud sic Censori potis est imponere summo,
"Intima cui soli pectora nuda patent.
"Non huc vsq; suam nôrant mendacia Matrem,
[n] Ioh. 8. 44. "Constitit infelix quis fuit ante [n] Pater.
"Opto (Deus) miseram (fœdà cum prole) Parentem
"Mittat ad infernum (misit vt ante Patrem.)

AR-

ARTICVLVS 40.
De Articulorum ratificatione.

HIc liber Articulos qui continet ante relatos,
Nunc iterùm ſummo jure probatus adeſt,
Angliacos intra fines teneatur, ab illo
Tempore, quo vires conſtat habere ſuas,
Principis aſſenſu pernobilis Eliſabethæ,
Nominis æterni, Gratia quamq; Dei
Fecerat Angligenis, Gallis, & Hibernia longùm
Quòd Regina foret civibus alma tuis.
Hos etiam Articulos prudentèr & ordine lectos,
Et Supera adſcriptis Inferiórq; Domus
Firmârunt manibus, Sacri cum maxima Cleri
Juncta alijs Regni pars fuit Ordinibus.

FINIS.

De numero & nominibus Articulorum.

Articulus 1 *De fide in Sacrosanctam Trinitatem.*
2 *De Verbo, seu Filio Dei, qui verè factus est homo.*
3 *De descensu Christi ad inferos.*
4 *De resurrectione Christi.*
5 *De Spiritu Sancto.*
6 *De Sacrarum Literarum sufficientia ad salutem.*
7 *De veteri Testamento.*
8 *De tribus Symbolis.*
9 *De partu sive peccato Originali.*
10 *De libero Arbitrio.*
11 *De hominis Justificatione.*
12 *De bonis operibus.*
13 *De operibus ante Justificationem.*
14 *De operibus supererogationis.*
15 *De Christo solo sine peccato.*
16 *De peccato post baptismum.*
17 *De Prædestinatione & Electione.*
18 *De obtinenda salute Christi solius nomine.*
19 *De Ecclesia.*
20 *De Authoritate Ecclesiæ.*
21 *De authoritate Conciliorum Generalium.*
22 *De Purgatorio.*
23 *De Ministratione publica.*
24 *De Sacris lingua celebrandis, quam populus intelligit.*
25 *De Sacramentis.*
26 *De indignis Ministris qui non impediunt effecta Sacramentorum.*
27 *De Baptismate.*
28 *De Cœna Domini.*

29 *De*

29 De impijs qui non manducant Corpus Christi in vsu Cœnæ Dominicæ.
30 De participatione vtriusq; speciei in Cœna Domini.
31 De vnica Christi oblatione in cruce consummata.
32 De Connubio Sacerdotum.
33 De Excommunicatis, & quòd eorum vitanda sunt consortia.
34 De Ritibus Ecclesiæ.
35 De Homilijs.
36 De Consecratione Episcoporum & Ministrorum.
37 De civili Magistratu.
38 De bonis Christianorum quæ non sunt communia.
39 De hominis Christiani iureiurando.
40 De Articulorum ratificatione.

AD LECTOREM.

Dixerit invitâ si quisquam fortè Minervâ,
Hos ego quòd videor scribere versiculos,
Experiatur opus precor hunc feliciùs istud,
Fiet versiculis æquior inde meis.
Interpres etenim peto, non audire poëta,
Verbum igitur verbo reddere cura fuit:
Quod quàm præstiterim benè, quàm malè, iudicet æquus
Lector, & ad primum conferat ista typum.

FINIS.

11907



HD9613
S7C
1907